


[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]





1644.

1. Fibijs, Godefridus : De cessionibus.
2. Fibijs, Godefridus : Resolutio § 2. l. 38. de poenis
3. Puccschnek, Zacharia : De investitura.
4. Schelhammerus, Christophorus : Hydrops tympanites
5. Schenk, Johann Theodorus : De materia surgente.
6. Angeranus, Erasmus : De conventionibus manuum infel.
Tomo

1645

1. Fibijs, Godefridus : De litis contestatione
2. Krauss, Rudolph Wilhelmus : De regalibus.
3. Krauss, Rudolph Wilhelmus : De usucapionibus.
4. Krauss, Rudolph Wilhelmus : De hereditate.
5. Krauss, Rudolph Wilhelmus : De defensione necessaria.
6. Krauss, Rudolph Wilhelmus : De foro competente.
7. Richter, Christophorus Philippus : Disputatio inang. ex
universum juris nostri systemate delibata

1645

J. Sagittarius, Johann Christfriedus :


1646.

1. Krauss, Joseph Wilhelm : De codicillis.
2. Richter, Christophorus Philippus : De transactionibus.
3. Richter, Christophorus Philippus : De injuriis et
famosis libellis.
4. Richter, Christophorus Philippus : De apostolis.
5. Sagittarius, Joh. Christfried : De origine salariorum
et stipendiorum litterariorum.
6. a. b. c. Struve, Georgius Adam : De aedificiorum priva.
forum jure. 3 Sumpt. 1646 - 1745.
7. Angebauer, Hermann : De libello

f

u





1583

L. 2
6

DIVINA ADMINICULANTE GRATIA!
DISPUTATIONEM HANC JURIDICAM
De
CONVENTIONE *1644, 6*
MANUS - INJECTI-
ONIS,

*ad L. Creditores 3. C. de pign. & hypoth.
Ex Decreto*

*Magnifici & Nobilissimi ICTORUM Ordinis in
florentissima LL. nutrice SALANA,
PRÆSIDE*

VIRO Magnifico, Amplissimo & Consultissimo,

Dn. ERASMO UNGEPAUR,

ICTO, Antecessore, & Decretal. Prof. Publ. nomi-
natissimo, Consiliario Saxonico gravissimo, Facultatis Juridi-
cae Ordinario meritissimo, Dicasterii Provincialis & Scabinatus
Assessore primario, Dn. Præceptore & Promotore suo
omni reverentiæ & obsequii cultu æternum
prosequendo,

publico examini subjiciet

JOHAN-CHRISTIANUS TENTZEL,
Greussenas Tyrigeta,
*in Auditorio ICTORUM,
ad diem 19. Oct.*

*JENÆ, ex Chalcographo Weidneriano,
ANNO clō Id CXLIV.*

DEPARTMENT OF JURISDICTION
LAWYERS
MANUS - INJECT

ALL RIGHTS RESERVED
BY THE AUTHOR

DR. FR. AMO UN. GEL. A. H. R.

LECTOR & PROFESSOR OF
NATURAL PHILOSOPHY &
PHYSICS IN THE UNIVERSITY OF
GIESSEN

JOHANN - CHRISTIAN - WILHELM - FRIEDRICH - HENNING - VON - HENNING

1810
GIESSEN





Anseloquium.



Uris publici tutelam,

judiciorumq; vigorem, (*de quo in l. nullus. 14. C. de Judeis & Cælic. l. non est. 176. ff. de R. J.*) vel varias non tam alienarum, quàm etiam suarum penes alios

constitutarum rerum invaloribus sancitas pœnas; (*de quibus veloci oculo usurpandis circa finem Disputationis*;) inveniunt extra juris & legum cancellos propemodum sese conventio manusinjectionis diffundere videtur; utpote quæ privato permittit per viam facti quasi (ut cum Dd. loquar) procedere. Sed quoniam ex causis à lege approbatis etiam permittitur privato; & propter tergiversationem, quâ, de mutuo reddendo interpellati debitores uti solent, sibi creditores de beneficio manusinjectionis commodè prospiciunt, quò in eventu non præstitæ solutionis morosi & latitantis debitoris bonorum possessionem vel magistratus autoritate adipisci; vel etiam propriâ autoritate ingredi & occupare possint sine ulla alia judiciali interpellatione: idq; citra debitorum injuriam: cum meminisse debeant: *qui vult bene solvere, non detrectet se bene obligare*: scitissimè CAR: MOLINÆUS subtilis & acutissimijudicii JCrus, (*judice COLERO DE PROCESS. EXEC. part. 1. cap. 5. num. 83.*) in *CONSVET. PARIS tit. 2. §. 53. n. 22.* è re fortean erit, si quædam de hâc & laudis & utilitatis quæstu opulentissima materie *παχυλῶς, ἡ ὡς ἐν τῷ πρῶτῳ* in medium afferam *In nomine igitur Domini nostri Jesu Christi me cum JUSTINIANO NOSTRO in l. 1. C. de offic. pref. prætor. l. 3. C. de V. I. E.* ad destinatam materiam felici omine accingo.

A 2

THE



THESIS I.

Conventionum quædam principales; nonnullæ accessoriæ; aliæ modò principales; modò accessoriæ existunt.

2. Inter accessorias numeranda est conventio, quam vocant, manusinjectionis; quippe per quam natura negotii principalis augetur, & præstatur, quod alioquin præstandum non erat. *l. Titius 9. ff. de serv. export. l. 1. & 2. ibi: si, ut manusinjectionem haberes, cavisti tibi, jure tuo uti potes. C. si serv. export. ven.*

3. Vox manusinjectionis originationis notæ est, Græcis χειρὸς ἐπιβολή dicitur; in vernaculo sermone manusinjectionem propriè reddimus per vocabulum *Handanlegen*. Sic manusinjectionem pacisci possumus, h. e. ut ni pareatur legi contractus, rei à nobis venditæ manu injicere liceat. *Perpetuus ille Juris prudentia dictator Gothofredus ad d. l. 2. C. si serv. export. lit. b. & ibi complusculis cit. text.*

4. Minus commodè executioni rei judicatæ tribuitur, uti observasse videtur *UMMIUS ad Process. judic. disp. fin. th. 1. n. 1. in fin.*

5. Varias sortita est manusinjectionis appellationes, si in rebus debitoris contingat, nuncupatur pactum executivum, licentia ingrediendi & occupandi bona debitoris propriâ autoritate, jus apprehendendi, facultas manusinjiciendæ, executio conventionalis; quæ passim à Dd. *ἐκ τῆς ἐπιβολῆς* accipiuntur: si in personam hæc fiat executio, propriè captura personæ & detentio appellatur.

6. Sedes ordinaria, & fundamentum quasi, manusinjectionum, præcipuè in res vel bona debitorum, est materia. *l. Creditores 3. C. de pignor. & hypothec.*

7. Pro evidentiore intellectu *d. l. 3.* manusinjectionem, in genere sic definitio, *quod sit executio, per quam, conventionem mediante, sistuntur & occupantur in eventu moræ res loco debiti obligatæ, vel debitoris persona, veluti manu injecta, à judice, vel etiam à creditore, ad rem suam, sive ad debitum liquidum promptius consequendum, legitimè instituta.*

8. Pro genere stat executio: Sicut enim sententia victori verbis tribuit, quod suum est, vel sibi debetur; & tempore confirmata actionem inducit ad petendam rem; ita executio ipso facto rem præstat.

9. Ut ut maximè etiam sit privatum exequi (regulariter; & propriè loquendo) non posse; propterea tamen non statim consequens est, ipsam executionem iudicarium actum esse. *Ummius d. disp. fin. t. n. 2.* aut eam semper esse rei iudicatæ.

10. Definitionem assignatam quodam successione fœdere jam sequitur divisio: *Est verò manus injectio vel publica vel privata.*

11. *III* est, quando iudex post sententiam, quæ in rem iudicatam transit, vel post instrumentum executivum exhibitum, pro executione requisitus familiae suæ mandat, ut petitorum immittant in possessionem rerum debitoris.

12. Ad rem iudicatam autem, ut perfectè talis intelligatur, duo concurrunt; 1. sententia justè lata. 2. tempus lege definitum.

13. *Hac*, sive *privata* manus injectio est, ubi scilicet creditor manum injicit in res debitoris ex legitimis causis, propriâ autoritate eas occupando.

14. Conventionis legem *in d. l. 3.* creditor exercere dicitur, ubi convenit, ut sibi liceret possessionem ingredi; & eâ lege seu conventionem utitur, vel potestatem eâ conventionem sibi tributam exercet, ut licet intelligere ex *l. si priusquam. 8. C. de distract. pignor. l. 3. l. 4. §. eleganter. 2. l. 6. in fin. ff. de Leg. commiss.*

15. Sic conventionem rem aufert creditor, cum convenit, ut suâ autoritate pignus sumere liceret; & hâc conventionem usus pignus suâ autoritate aufert, si res mobilis est, aut suâ autoritate *ingreditur. si res est solt. d. l. 3.* Eloquentissimus *ICtus Donellus ad l. pignoris. 11. C. de pignor. act. num. 6.*

16. Notandum verò est, quod *d. l. 3.* principium loquatur de simplici licentia propriâ autoritate ingrediendi possessionem hypothecæ; finis autè de acquisitione possessionis, quâ mediante ingressus fit possessor, quæ non permittitur sine iudicis autoritate. *Barpolus d. l. 3. n. 4. Schar d. n. 22. Coler d. cap. 5 num. (mibi) 63.*

17. Vel dicendum est, quod *d.l.3.* membrum prius de jure; posterius de *urbanitate* loquatur. *glossa* ibi, & *Br. num. 1.* ut sensus legis sit, quod creditor possit quidem ex pacto sine iudice possessionem rei obligatæ ingredi, rectius tamen faciat, si adhibeat auctoritatem iudicis *Pacius ad l. penult. C. de pignor. act.* & hunc intellectum communem esse, tradit *Magnificus Dn. D. Finckelthufius vov paxaeitns*, Præceptor quondam meus nunquam sine honore nominandus, *Observ. Pract. 24. num 17.* dissentit *Molinaeus Donell. Giphanius.*

18. Porro *manus injectio* est vel *in rem* vel *in personam.*

19. Quæ est *in rem*, fit vel in omnia, vel in certa debitoris bona, in casu, quo non datur aut fit promissum, ubi creditori facultas datur propria auctoritate ingrediendi, vel adipiscendi possessionem rerum debitoris juxta legem conventionis, debito existente liquido, quo sibi satisfacere possit ex bonis occupatis. *Coler, d. cap. 5. n. 1.* & post eum *Gilhausen in Arbore Jud. cap. 10. §. 6. §. 14. n. 1.* *Althusius in Diceol. lib. 1. cap. 66. n. 28.*

20. Quæ *in personam* fit, quum paucis explicari non possit lineis, peculiarem exigeret disquisitionem: interim de ea hoc noto, (1.) quod debitoris, qui sub eventu mora sese carceribus vel arresto mancipandum obligavit, obligatio ad heredem obligati transitoria non sit. (2.) quod, sive ex pacto sive ex statuto detentio debitoris licita sit, istud non accipi vel de privata captura, vel de detentione in privatis carceribus exaudiri debeat; sed quod omnia hic per iudicem vel ejus familiam expedienda, & taliter obligatus decenti custodia conservandus sit. Videatur *Massa Galleus in tr. ad formul. Camer. Oblig. part. 3. quest. 6. n. 1.*

21. His prælibatis, operæ pretium est, ut causas manus injectionis paucis subjiciam.

22. Offert autem sese ejusdem consideratio causæ efficientis, quæ est vel principalis, vel minus principalis; Illa est vel remota, vel propinqua.

23. Remota est ipsa lex, quæ decernit executionem *l. 15. in pr. ff. de re jud. l. 5. si 4. C. si contra jus vel util. publ. & approbat manus injectionem d. l. 1. §. 2. C. si serv. export. l. si quis 56. ff. de contrab. empt.*

24. Propinqua causa est conventio seu pactum de propriâ auctoritate occupanda possessione ex vi contractus inter creditorem & debitore in iurâ d. l. 3. C. de pignor. l. pignoris ii. C. de pignorat. act. Pari cum hoc passu ambulât clausula ultimâ voluntatis executiva, consuetudo, statutum executivum &c. Dd. passim ad d. l. 3. & Molinæus in Consuet. Paris. tit. 2. gl. 1. verb. arest. n. 3.

25. Minus principalis est vel impulsiva vel instrumentalis:

26. Impulsiva est vel in creditore vel in iudice: In creditore est mora obligati, sive rei in solvendo aut satisfaciendo commissa. Facultas enim data creditori de ingrediendo rem obligatam propriâ auctoritate, intelligitur data esse sub conditione, id est, ut tûm ingrediatur & utatur suo jure, si debitor ad diem non solverit. Ergò ante diem ingredi non potest. *Sichardus d. l. 3. n. 20.*

27. In iudice est ipsa instantia vel petitio creditoris; quoniam Prætor non accommodat suum officium ad privatam utilitatem, nisi imploratum l. dies 4. §. hoc autem. 8. ff. de damn. infect.

28. Instrumentalis causa, quamvis regulariter iudex sit, ejusve familia, utpote cujus ministerio inducitur creditor in bonorum possessionem debitoris l. is cui. 5. §. missus 27. ff. ut in poss. legat serv. &c.

29. Ex pacto tamen æquè non resistentis debitoris possessionem creditor ingreditur vel adipiscitur, ex quo ingressus conventionalis & Prætorius æquiparantur d. l. pignoris. ii. C. de pignorat. act. & arg. l. fin. C. si in caus. judic. &c.

30. Sed maximè controversiosum existit, utrum ejusmodi pactum etiam firmo stare possit talo, & si per conventionem placuit, creditorem non reddita sibi pecuniâ, rei hypothecata fortè possessionem, irrequisito iudice & debitore postmodum propriâ auctoritate occupare posse: Das der Gläubiger macht habe/ das verschriebene Pfand mit oder ohne Recht an sich zu ziehen: unverbundene/ sein des Schuldners/ seiner Erben/ oder männiglich: an valeat? Et affirmativè favere necessum

cessum habeo per inferius dicenda. Vide *Besoldum delib. juris ad lib. 20. ff. quest. 6.*

31. Non deest, qui scribere haut dubitavit, Dd. cummuniter omnes hactenus erravisse, qui senserint licitam esse prehensionem rerum debitoris ex pacto absq; autoritate judicis, *Molinus* ita in *consuet. Paris. tit. 2. gl. 1. verb. arest. n. 188.* cum hoc juxta ipsum lege probari non possit.

32. Quamvis etiam pleriq; antiquorum Dd. putaverint hoc pactum non tenere, in qua sententia fuit, *Hostiensis in cap. fin. x. de consuet. & in Summa sua §. qualiter. vers. quid ergo. eod. tit.* ubi putat, ne quidem statutum vel consuetudinem introduci posse, per quæ tale pactum valeat; referente *Sichardo ad. l. 3. n. 9.*

33. Cæterum aliud (1.) claret ex verbis *Imp. Severi & Antonini in d. l. 3. ibi:* creditores, qui non redditâ sibi pecuniâ conventionis legem ingressi possessionem exercent, vim facere non videntur. *C. de pignor. & hypoth.* quippe nunquam non jure suo uti, qui ex pacto propriâ autoritate ingreditur bonorum possessionem sui debitoris, fateri necessum habemus.

34. Idem (2.) haud obscure probatur ex verbis *d. l. pignor. n. ibi:* nec creditor citra conventionem debiti causâ res debitoris arbitrio suo auferre potest. *C. de pignor. act.* argumento inde à contrario sensu ducto, *dissentit Molin. Giphanius, Bronchorst.*

35. Accedit (3.) textus sing. & notabilis in *l. si pupillorum. 7. §. 1. ibi:* dicendum est, posse creditorem jus suum exequi *ff. d. reb. eor. qui sub. tut.* certè enim non videtur injuriâ facere, qui jure conventionis de manus injectione, vel occupando possessionem, utitur *d. l. 1. & 2. C. si serv. export. l. 1. C. si mancip. ita fuer. alien.*

36. Parili modo (4) confirmatur per *l. qui ratiario. 30. in fin. ibi:* si debitor suâ voluntate concessisset, ut retineret. *ff. de pignor. act. l. dotis. 9. C. soluto matrim. l. si quis 56. ff. de contrab. empt.* Et hæc sententia confirmata est in *cap. cum dilecti. 6. x. de donat.* teste *Giph. ad d. l. 3.*

37. Et solent illi, qui mutuam pecuniam exponunt, annuq; redditibus se onerant, convenire, ut per viam executionis
ad

ad solutionem sine alio processu debitores compelli possint; quæ pacta uti à *jure communi* minimè reprobata nec *Camera* aspernatur. Quo casu si aliàs in jurisdictione fundata sit, mādata executorialia sine clausula decernit: testis est *Tennagelius in lib. singul. de decern. process. cap. 19. n. 1. pag. (m.) 119.*

38. Verumenimverò pactum de ingrediendo possessionem bonorum obligati propriâ autoritate, vel saltem urbanitatis causâ, & si debitor cum armis resistat, autoritatem judicis non excludit. *D. Carpzovius lib. 1. Respons. El. tit. 1. resp. 5.*

39. Secundum urbanitatem enim vel civilitatem (1) creditor ex vi pacti non ingreditur bona obligati sine permisso judicis *d. l. si pupillorum. 7. §. 1. ibi:* tutius tamen fecerit, si prius Prætorem audierit. *ff. de rebus eor. qui sub tut. pro majori scilicet cautelâ & securitate, quæ in actibus quibuscunq; adhibita non nocet. l. qua dubitationis 81. ff. de R. J.*

40. Si (2.) maximè creditor vigore pacti licentiâ ingrediendi vallati non tantum ingredi, sed etiam acquirere & exercere possessionem intendat. *d. l. 3. in verb: possessionem adipisci: ubi Salicetus num. 7. Sichardus num. 12.* Cum aliud sit in possessione esse; aliud possidere *arg. l. 3. §. fin. & l. si quis. 10. §. 1. ff. de acquir. possess. junctâ l. officium. 9. de R. V. l. 2. in pr. ff. pro herede. l. si duo. 3. §. creditores. 8. ff. uti possidetis. addatur Turaminus de verâ subst. possess. cap. 1. n. 4. & cap. 5. n. 43.*

41. Sed quid si (3.) repugnante debitore creditor possessionem pignoris ingrediatur, ut scilicet eum expellat, eoq; vi expulso pignus possideat? Eum apertè vim facere, & teneri legibus Juliis de vi aut publica aut privata, prout vis armata, aut sine armis facta erit, sentit *Donellus d. l. 3. n. 4.* Idq; probari videtur in *l. in possessionem. 5. C. de vi publ. vel priv.*

42. Quocirca creditor debitorem armis resistentem per vim & armatâ manu expellere non debet; eleganter *Colerus d. c. 5. n. (mihi) 98. & seqq.* Unde ingentem commisisse excessum C. M. à Kutzl. qui ex tali pacto possessionem sui debitoris neglectâ judicis autoritate invasit, Notarium sibi resistentem verbis & verberibus malè tractando, dicit *D. Carpzov. cit. loc. num. 18.*

43. Si(4.)debitor etiam nudis verbis sese opponat, *Br. d. l. 3.* dummodo justam habuerit contradicendi causam. Nam si quis legitimus ad sit contradictor, per judicem res expedienda est, ne sibi ipsi creditor jus dicere videatur contra *l. 1. §. 2. ff. quod legat. l. 1. C. ne quis in sua caus. acutissimus Ictus Antonius Faber in Cod. suo lib. 8. tit. unde vi. 3. defm. 33. n. 2. & defm. 35. n. 6.*

44. Et(5.) via procedendi obtentâ à judice veniâ longè securior videtur. Namq; aliàs vix est, ut quis effugiat injuriarum actionem saltem ratione violatæ jurisdictionis ejus potestatis, in cujus territorio quis bona sui debitoris est ingressus, per ea quæ tradit *Chassenæus in consuet. Burg. rubr. 12. §. un. n. 2. & 3. per cap. ex parte 23. & ibi CC. x. de V. S. l. si quis. 8. §. sed hæc. 2. C. de præscript. 30. & el. 40. ann.* Et ne sicut creditor facilis fuit in seipsum immittêdo, ita debitor maximè potentior facilis sit in repellendo.

45. Accedo nunc ad *subjectum* manusinjectionis *activum*, quod est (I) *creditor d. l. 3. C. de pignor.*

46. Est autem creditor hîc, qui non tantum ex causa mutui, sed quocunq; contractu interveniente sequitur fidem alterius secum contrahentis, ex quacunq; causa debeat, sive debitum in obligatione dandi, sive faciendi consistat. *l. 1. ff. si cert. pet. l. creditores 10. & l. 11. in fin. ff. de V. S.*

47. Et hoc jus paratæ executionis sive manusinj. non duntaxat creditori principali sed etiam omnibus illis competit, qui causam habent à creditore

48. Unde (II) *fidejussori*, qui nimirum solvit, aut quocunq; alio modo satisfecit creditori. arg. *l. si rem. 9. §. omnis. 3. ff. de pignor. act.* competit tum contra principalem debitorem; quam contra alios confidejssores. Quoniam hic ex persona creditoris agit, cessis videlicet actionibus, ejusdemq; juris perhibetur. *l. ut fidejssor 39. ff. de fidejss. l. cum alter. 11. C. eod. ne aliàs sit deterior conditio ipfius quam principaliter obligati, pro quo in molestia fuit, ceu loquitur Justinianus in Nov. 4. c. si quis. igitur. 1. circa fin.*

49. Competit (III) *hæredibus universalibus* creditoris & fidejssoris; non obstante eo, quod in instrumento obligationis executivæ nulla eorum subjecta fuerit mentio. Creditor enim contrahendo non magis sibi, quam etiam suis hæredibus prospexisse præsu-

præsumitur. *l. si pactum. 9. ff. de probat. l. si necessarias. 8. §. pen. ff. de pign. act. (2)* quia pater & filius una & eadem persona esse præsumuntur *l. ult. ad fin. C. de impuber. & al. substit. Mascardus eleganter vol. 3. concl. 151. per tot. de probat.*

50. Legatario (IV) & fideicommissario, cui tribuitur à testatore licentia capiendi rem in testamento relictam propriâ autoritate; & habemus casum in specie *l. Titia 34. §. Lucius. i. ibi: βέλομαι αὐτὴν παρ' ἑαυτῆ λαβεῖν χωρεῖον: volo eam à seipsa accipere villam. ff. de legat. 2. præsertim quia rei legatæ dominiū aliàs rectâ via ad legatarium transfertur. *l. à Titio. 64. in fin. ff. de furtis.* immò, quia licet in contractu propria autoritate capere, licet etiam in testamento, arg. *l. non est mirum. 26. in pr. ff. de pignor. act. Everhard. in Topic. loc. à contr. ad ult. vol. n. 1. & 2. Br. d. l. 3. n. 9.**

51. Sicali (V) etiam successori singulari, puta cessionario, donatario, &c. Siquidem quod quis habet, etiam in alias personas per titulum venditionis, donationis vel aliter transferre potest, arg. *l. ult. §. sin. autem. 4. C. de bon. quæ liber.* ita de jure manus injectionis vendendo text. est notabilis in *l. Imperator. 7. ff. qui sine manuiss. ad libert. perven.*

52. Ast hîc quæritur, an ad instantiam tertii, fortean in instrumento non nominati, & ad nudam ejusdem editionem instrumenti originalis judex ad paratam executionem descendere possit? Resp. qui alieno nomine agit, si non habet mandatum, ad minimum de rato cavere debet, qui suo nomine agit, docere debet titulum, quo instrumentum possideat, nisi simul conceptum sit de quolibet bonæ fidei possessore instrumenti **vff trewē Brieffs Innhabern** / quo casu solùm probatio exigitur, quod actor bonæ fidei possessor instrumenti existat.

53. Procuratori, (VI) mandatario, qui nomine creditoris debita exigit *l. 1. ff. de Procurat.* etiamsi tantum generale habeat mandatum ad litem, per text. in *l. procurator. 58. ibi. potest exigere. ff. d. 1. & arg. l. sed si unius. 17. §. procuratorem. 16. ff. de injuriis.* nisi tamen defectus aliquis circa mandatum reperiatur, tunc cautio de rato eum supplere poterit. **Churf. Pr. D. cap. 7. von den Anwalden vnd Vollmachten. §. do auch ic. l. si quis. 6. §. unde. 5. ff. de edendo.**

54. Et (VII.) generaliter etiam puto extendi ad alias personas, quæ nullam habent causam à creditore sed à lege, prout sunt tutores, curatores, prælati ecclesiarum & communitatum, economi, hospitalarii, cōmendatarii & similes; quibus lex defert administrationem bonorum alterius; siquidem hæ personæ omnes in administratione commissorum negotiorum loco dominorum habentur. *interdum. 56. §. qui tutelam. 4. ff. de furt. l. qui fundum. 7. §. si tutor. 3. ff. pro emptore. can. volumus. 2. Et seqq. distinct. 89. c. salvator. 8. caus. 1. quest. 3.*

55. Ex adductis satis superq; claret, pupillis, minoribus, prodigis, & similibus denegari manus injectionem, vel jura sua executiva in alios transcribere, pariter atq; sine interventu eorum, in quorum potestate sunt, paratam executionem petere non possunt: cum ipsis semper obstet, quod legitimam standi in iudicio personam non habeant. *l. 1. & 2. C. qui leg. pers. standi. Et c.* Sic bannitis vel proscriptis, & excommunicatis ex vigore generalium Imperii Constitutionum persecutione suarum actionum interdicitur, atq; beneficium hoc paratæ executionis adimitur, uti constat ex *Ordin. Camer. p. 2. tit. 9. §. So semonds.* quippe qui tanquam actores in iudiciis experiri nequeunt. *cap. excommunicamus. 13. §. credentes. extr. de heretic.*

56. Visis personis, quibus detur manus injiciendæ facultas sive jus paratæ executionis; & quibus non detur; nunc dispiciendum est, contra quas competat personas; & hæ constituunt *subjectum* hujus juris *passivum*.

57. Tenentur autem *Debitorum* vel in solidum, idq; regulariter obtinet; vel in quantum facere possunt.

58. In solidum rei sive debitorum in genere omnes virtute pacti executivi & manus injectionis tenentur *d. l. 3. Et ibi Dd. C. de pign. & hypoth. l. dotis. 9. C. solut. matrim. d. l. pignoris n. C. de pignor. act.*

59. Sic *fidejussores debitorum*; cum & fidejussor debitoris appellatione contineatur, *l. si servum 91. §. nunc videamus. 4. ff. de verb. oblig. & fidejussorum facultates* quoad effectum solutionis censeantur aggregatæ bonis principalis debitoris, *per text. in l. si plures. 27. §. præterea. 2. ff. de fidejussor.*

60. *Æquè hæredes sive debitoris principalis sive fidejussoris.* Jus enim executivum activè & passivè in contrahentium hæredes transit, textus clari habentur in *l. miles. 6. §. fin. l. ex contractu 44. ff. de re judic. §. fidejussor. 2. Inst. de fidejuss. l. fidejussores. 24. C. eod. l. unic. C. ut act. ab her. & contrm. Colerus part. 1. decis. Germania. 30. per tot. Part. 2. Const. El. August. constit. 20.*

61. *Ita hæres testatoris pro legato.* arg. *l. fin. C. de edict. D. Hadr. toll. & per ea quæ tradit Magnificus Dn. D. Finckelthufius obs. pract. 121. n. 13. & seqq. & usufructuarius, ratione videlicet commoditatis fructuum, quamdiu ipse vivit. l. cujuscunq. 60. §. si fundus. 1. in fin. ff. de usufruct.*

62. Personæ, quæ in quantum facere possunt, deducto, ne egeant, exiguntur & condemnantur, *l. in condemn. 173. ff. de R. J.* vulgò Doctoribus dicuntur beneficio vel privilegio competentia & deductionis gaudere: id autem habent ob sanguinis vinculum, conjunctionem & reverentiam parentes, *l. sunt qui. 16.* seu, ut ibidem doctissimus Germaniæ Jctus *Zasius* explicat; omnes ascendentes, *n. 5. ff. de re judic.* item liberi, socer, socrus, gener, maritus, uxor, patronus. *l. 17. l. sicut 21. ff. d. t.* ob quasi fraternitatem, ut socius, *per pr. l. verum est 63. ff. pro socio.* ob liberalitatem actori præstitam, ut donator respectu donatarii, *l. Divus. 28. ff. de R. J.* & ob benè merita de republica, ut miles actu militans. *l. miles. 6. in pr. l. item. 18. ff. de re jud.* Unde hujus quoq; beneficii rationem habendam esse in manusinjectione, extra omnem dubitationis aleam positum est.

63. Et hæ personæ nullo modo cogi possunt, ut integrum debitum exsolvant, si ex illa solutione omne, quod habent, illis adimatur, & postea egere cogantur. *d. l. 173. & ibi Petr. Wesenb. n. 3. ff. de R. J.*

64. *Pupilli* autem sicut absque consensu tutorum, in quorū potestate sunt, res suas obligare non possunt; quia lex hujusmodi obligationem non approbat; immò non habet consensum pupilli pro legitimo, siquidem nullum ejus ætatis est iudicium. *l. pupillus 189. de R. I. l. pup. 9. ff. de acquir. hered. l. contra. 28. in pr. ff. de pact. ita nec appositâ tutoris autoritate ejusmodi pactum valet, quo post moram solutionis per viam manusinjectionis privatae vel*

publicæ pupilli prædia acquirere & adipisci liceat; ita *Br. ferè ad d. l. 3. n. 5. in fine. arg. l. 1. §. & sunt. 2. ff. de reb. cor. qui sub tut. tot. tit. C. de præd. min. & c.* & per ea, quæ egregiè affert *D. Carpzov. lib. 5. Respons. tit. 8. resp. 72. per tot.*

65. Longis passibus videtur distare, si pupillus ex antecessoris, qui executivè bona sua obligavit, veluti paterno, vel alterius sui prædecessoris, contractu conveniatur. *l. ex contractibus. 49 ff. de oblig. & A. l. stipulationum. 2. §. ex his. 2. ibi:* non ex persona hæredum conditio obligationis immutatur. *ff. de V. O. Nec ætas debitoris hæreditarii infringit jus creditoris. l. sub prætextu. 4. C. de hæred. act. l. si intra. 8. in fin. C. de non num. pec.*

66. Cæterum, an hoc jus conventionalis executionis etiam adversus singularem successorem, puta legatarium, donatarium, emptorem & similes, tanquam in instrumento obligationis executivæ non nominatos locum sortiatur, gravis & valdè controversa quæstio exurgit? Et, quia is, cui ex pacto licet possessionem apprehendere propriâ autoritate, non eò minus spoliator est, si apprehendat eam possessionem, quæ sit penes alium, quàm paciscentem, ejusve successorem. *Anton. Faber d. t. unde vi. desin. 34. jus pacti executivi in singularem successorem vel tertium possessorem rei transire negatur. Bart. in d. l. 3. n. 23. & 24 Giphantus ibid. quæst. 6. circa medium.* Personalis enim obligatio, quæ nascitur ex conventionione inter debitorem & creditorem non sequitur fundum, nec ejus possessorem, *l. ult. in fin. ff. de contrah. empt. l. 1. §. si hæres. 16. ff. ad SC. Trebell. l. eris. 15. C. de donat. Socinus Reg. 276. ubi aliquot ejus limitationes adducit.*

67. Dummodò alienatio facta non sit in fraudem creditorum, quo casu rescissâ alienatione *§. item si quis. 6. Inst. de action. adversus singularem benè intentatur executio. Br. in d. l. 3. n. 23. Coler. part. 2. de Proc. Exec. cap. 3. n. 418.*

68. Similiter, quandoquæ pactum executivum de propriâ autoritate capiendâ possessione vallatum est clausulâ *precarii vel constituti*, tunc potest exerceri etiam *contra tertium, singularem possessorem, non citatum & negotio non liquidato*: quia ex quo creditor civiliter possidet, potest ingredi & insistere in sua possessione. *ne.*

ne, & turbare naturaliter possidentem. *per not. in l. clam. 6. §. qui ad nundinas. 1. ff. de acq. poss.* vel etiam iudex exequendo prædictū pactum parte non citatā, nequaquam tenebitur postea in syndicato *Francisc. Vivius decis. lib. 1. decis. 44. n. 6. & decis. 177. n. 1. & 4. & ibi alleg. Dd.*

69. Dicendum tamen videtur, quod *constituti clausula post interversam possessionem non profit*, nisi implorato prius beneficio *l. ult. C. de acquir. poss. Faber in Codice Fabriano. d. t. defn. 35.* Si enim debitor alienaverit bona, creditor constitutarius uti præallegato legis auxilio, & tanquam privatus suā possessione, ad revocandam & recuperandam rem à tertio possessore, nullā factā contra debitorem excussione, agere potest. *Zoannettus rerum quotid. lib. cap. 49. p. (m.) 432. n. 1. 2. & 3. Dissentit Colerus,* qui non obstante quacunq; repugnantia contra tertium possessorem ex clausula precarii & constituti pactum manusinjectionis exerceri affirmat *d. p. 2. cap. 3. n. 456. & seq. & ibi alleg. Dd.*

70. Ceteroqui pactum, quo convenit inter debitorem & creditorem, ut possit creditor possessionem pignorum propria auctoritate apprehendere, non aufert tertio possessori exceptionem discussionis. *Anton. Faber lib. 8. in Cod. suo. tit. de except. defn. 7.* Sed hic nonnulla *ὄσ τῆ ὀδῆ πρὸς ἐγγυρ.*

71. Transeo nunc ad *Objectum* manusinjectionis, quod sunt vel bona vel persona debitoris, in quā virtute iudicati, legis, statuti, consuetudinis, vel etiam pacti conventi, intenditur manusinjectionis. *d. l. 3. C. de pign. d. l. pignoris. u. C. de pign. action. l. 1. C. si in caus. judic.* dummodò conventionis executivæ non sint incapacia.

72. Et exercetur manusinjectionis in bona debitoris principalis, fidejussoris, hæredis, debitoris, usufructuarii, pupillorum, aliorumve, quorum superius mentio est subiecta.

73. Bona illa sive sint omnia, sive aliqua, modò in illis juxta mensuram declarati debiti procedatur, *Auth. & qui jurat. C. de bon. aut. jud. possid. est.* modò probabiliter adsendant ad quantitatem liquidati debiti. *Ludov. Gilhausen in Arb. jud. d. cap. 10. §. 14. n. 1.*

74. *Forma* manusinjectionis interna consistit in legitima &

& congrua, ex prævia conventionē, bonorum vel debitoris obligati apprehensione & detentione.

75. Externa forma constat solenni quadam conventionis de manus injectione, in instrumentum redactione. Probatio enim per testes requirit ordinarium processum. *Bartol. in d.l. 3. n. 26. vers. prædicta.*

76. Debitum autem hinc liquidum faciunt certi contrahentes, certa debiti quantitas, certa causa; denique certa fides, seu probatio.

77. Docendum enim est de tali conventionē per instrumentum *αὐτὸ γὰρ φων* super contractu erectum, vel copias ejus authenticas. Item examinari debet obiter contractus an licitus sit, an usurarius, aut aliàs à jure communi & constitutionibus exorbitans. *Tennagel. de decern. process. d. cap. 19. n. 2.*

78. Bona quod spectat, eorum nomine veniunt res debitoris, sive ex judicato, sive alio quocumque modo executivè obligati *l. 1. G. quando ex fact. tut. eaq;* tam corporales, mobiles & immobiles; quam incorporales, ut jura & nomina *l. à Divo Pio. 15. §. 2. & §. 8. ff. de re judic.* Necessum tamen hinc habebimus ordinem executionis observare præscriptum *in d.l. 15. §. 2. de re jud.*

79. Et quamvis hæreditariis & allodialibus bonis sufficientibus in bona feudalia executio non exerceatur. *Id. communiter per tex. in l. commodis. 40. ff. de re judic. l. stipendia. 4. C. de exec. rei jud.* quippe quæ semper in beneficia non nisi subsidiariè indulgetur, nec in ipsa feuda, sed solùm in fructus & commoditates, & ita facienda est, ne egeat vasallus, nec pereant domino servitia vasallitica. *Georg. Everh. Consil. 28. n. 11. vol. 2. quem allegat Besoldus delib. juris ad lib. 20. ff. quest. 2. quæq;* tamdiu effectum habet, quamdiu durat jus vasalli: Solutum enim jure datoris, resolvitur jus accipientis *l. lex. 31. ff. de pignor. & hypoth. & arg. cap. 1. §. fin. 1. feud. 4. cap. 1. in f. pr. 2. feud. 8.*

80. Hæc tamen obtinere videntur, si clausula pacti de ingrediendo, vel manus injectionis, indistinctè omnia debitoris bona afficiat; aliàs secus.

81. Unde emergit, quod & vigore talis conventionis creditorres ecclesiasticas sibi obligatas suapte sponte auferre possit.

Bar.

*Bartol. & Dd. arg. l. si quis. 12. C. de Episc. & Cler. Ratio hujus est; quia
juris executio non habet in se delictum sacrilegii, arg. l. quanquam.
4. in pr. ff. de aq. pluvia arc. l. Prætor. 3. §. non perpetua. 4. ff. de sepulchro
viol. Dissent. Innocent. qui in rebus ecclesiæ semper judicis ecclesi-
astici auctoritatem adhibendam putat, teste Giphart. d. l. 3. quest. 1.*

82. Et licet lex nostra 3. loquatur tantum *in causa pignoris*,
ut creditor in casu non soluti debiti rem pignoratam ingredi pos-
sit; *idem tamen obtinet in aliis contractibus. d. l. Titius. 9. ff. de serv. ex-
port. d. l. 1. §. 2. C. si serv. export. ven.* quippe sine pacto alioqui neque
emtor, neque stipulator rei emptæ, aut promissæ possessionem suâ
sponte occupare potest, adeo, ut si occuparit, prædo sit, *l. si ex stipul.
5. §. l. fundi. 33. ff. de acquirend. poss.*

83. *Idem obtinet in testamentis*, præsertim circa legata *d. l.
34. §. 1. ff. de legat. 2.* neque tamen ejusmodi conventio in testamento
inito illud vitiabit, per ea quæ me docet *Magnificus Dn. Præses
Exerc. Just. 8. quest. 3. in Nego.*

84. Quibus aliàs ex speciali juris dispositione parcendum
sit bonis circa manus injectionem, & circa paratam executionem,
& quæ nominatim excipiantur, quatenus alia supersunt bona,
longâ serie recenset *Coler. d. part. 2. cap. 3. circa med. Ummius in disp.
ad process. jud. disp. fin. ch. 2. n. 15. §. 16.*

85. *Finis manusinj. est*, ut stipulator vel creditor rem suam,
vel quod ipsi debetur, promptius consequatur; & ne fiat per plura,
quod fieri potest per pauca; quò litis facilius exitus referendus est.

86. *Effectus hujus conventionis de ingrediendo vel occu-
pando bona obligati propriâ auctoritate multiplex est; obligat de-
bitorem ad præstandam patientiam, ut creditor sine ejus impedi-
mento possessionem ingredi possit; facit ipsam obligationem ha-
bere paratam executionem; excusat à violentiâ, à vitio clandestini-
tatis in possidendo. Br. d. l. 3. n. 20. §. 22. in fin.* facit ut per viam man-
dati, non per ordinarium processum immissio in bona hypothe-
cata, vel mandata de dimittendâ hypothecâ peti possint. Verifica-
tur ergò clausula *ohne Recht* cujus supra memini, etiam in proces-
su summario, & porrigitur ad id, ut implorato nobili officio judi-
cis ad præceptum & executionem rectâ properari possit; *Besold.
delib. jur. ad lib. 20. ff. d. quest. 6.*

87. Ast haud inconcinniter hîc disquiritur, an, sicut de *Jure Civili* creditor, non implorato judicis auxilio; bona debitoris proprio motu (citra pactum) occupans jus crediti amittit. *l. 13. ff. quod met. caus. l. 7. ff. de vi priv. l. si quis. 7. C. unde vi.* idem etiam de *Jure Saxonico* amittat? Et non amitti Jure Saxon. jus crediti, sed creditorem tantum restituere bona ablata, & judici mulctam solvere, atq; parti læsæ dato aliquo satisfacere, verius est, per text. *Landr. lib. 3. art. 43. & 47. Magnif. Dn. D. Finckelth. Observ. Pr. 24. num. 8. & seqq.*

88. Nectamen foemina, rusticus, minor, miles & similes personæ, si ex decreti *D. Marci*, quod extat in *l. pen. ff. de vi. priv.* ignorãtia peccaverint, excusantur. *Bartol. ad d. l. 7. C. unde vi. Dis. sent. Harppr. Besold.*

89. *Affinia* manus inject. sunt iu possessionem missio; executio propriè sic dicta; & quæ non duntaxat judicati, sed & legis, privilegii, statuti, consuetudinis executivæ &c. virtute commo-
dè intenditur.

90. Eidem apprimè *contraria* sunt, quæ & contra instrumentum guarentigiatum, & executionem jam intentatam valide opponuntur, exceptiones scilicet in continenti liquidabiles; solutionis, compensationis; ut & spoli, erroris calculi, usurariæ pravitatis, doli, metus, &c. per ea, quæ tradit *D. Carpzov. lib. 2. Resp. El. tit. 1. resp. 2. Zangerus in tr. de Except. cap. 23. n. 21. & multis seqq.* Nam deprehenso tali vitio, quod contractus, cui executio conventionalis adjecta est, sit illicitus, & à jure communi & constitutionibus imperii exorbitans, in *Camera Imperiali* non sine clausula (licet id actum sit,) sed cum clausula mandatur, aut denegato mandato, citatio decernitur ad hoc, ut postea causâ cognitâ contractus reformetur; & ad legitimam quantitatem reducatur; teste *Tennag. d. cap. 19. n. 2. in fine.* Et hæc levi penicillo pro re nata de manus injectionis materie adumbrasse sufficiat.

Simplex in triplici, triplex in simplice Numen,
Sittibi in æternos gloria parta dies!

Man.

Mantiffæ:

1. *Conventiones antichrestica tam de jure Canonico, quam Ci-
vili licita sunt.*
2. *Pacta successoria, etiamsi reciproca sint, non valent.*
3. *Forenses & extranei ratione bonorum ad collectas exsolven-
das sunt obstricti.*
4. *Emphyteuticarius neq; ob sterilitatem, neq; ob bellicos tu-
multus, aliosve casus fortuitos, a canonis prestatione liberatur.*
5. *Constitutam possessorium licet sit incompatible cum preca-
rio, prevalet tamen, si utriusq; clausula inserta sit instrumento.*
6. *Consuetudines Feudales ad jus scriptum haud sunt refe-
rende.*
7. *Salvarumguardiarum diplomata impetrantibus ad exem-
ptionem a collectarum & hospitationum onere nihil proficiunt.*
8. *Aestimam, quod vel post 40. annorum curricula iniquum,
reperitur, mutari potest, non obstante, quod Principis confirmatio ac-
cesserit.*

Præstantissimo atq; Eximio Dno

Joan Christ. Tenzelio, LL. Cand.

Commensali meo percharo.

Ille tuos qui ausus satago laudare laborum,
Idem, TENZELI, præmia vaticinor:
Præmia vaticinor Themidos, nunc cingere pugna!
Victorem semper palma superba manet.

Gratulor animitus

Erasmus Ungepaar D. Praeses.

Non placuit tibi naturæ proponere causas,
Nec placuit stellæ radios, cæliq; meatus
Pellustrare, vel excelsis in montibus herbas
Quærere: sed Themidos modò publica pulpita scandis,
atq;

Atq; datam servare fidem tua lemmata monstrant.
Hinc Themis alma tibi claros mox reddet honores.
Gratulor, & voveo, Deus ut tua cœpta secundet!

Christoph Philip Richter D.

TENTZELIO SUO

LL. Prolytæ dignissimo de conventionem Manus-injecti-
onis eruditè disputanti S.P.

Tentzeli, haut dubito, qui per longinqua secutus
Astricolam, monstras, pignora qui capiant.
Quin sua constituat Tibi munera, tempore quovis
Tu quibus injicias, non sine jure, manus.

Godfrid Fiebig D. & Pand.
Prof. Publ.

Dum cathedram scandis, ridet Themis alma, simulq;
asserit: Hunc nostrum docta corona manet.
Eximio Dn. Resp.
ita grat.

Rudolph. V Vilhelmus Krauß D.
Prof. Publ.

Quando intentatam publico sub agone tueris
materiem TENZEL, Pallade propitiâ:
Pinnirapo velut Athlothetæ dat dextera palmam;
Sic Tibi certanti Diva Themista dabit,
quam dudum nevit Dea de bombyce tiaram
hoc super-inscripto Ichemate: VIVE D.I.U.

ἐὺφρούϊας χάριν ἐχέτω.


Job. Posner Geranus.

F I N I S.

1017


ULB Halle
003 007 09X


3



80







ANTE GRATIA!
ANC JURIDICAM

1644,6
TIONE
NJECTI-

pign. & hypoth.

CTORum Ordinis in

ice SALANA,

DE

no & Consultissimo,

NGEPAUR,

retal. Prof. Publ. nomi.

avissimo, Facultatis Juridi-

i Provincialis & Scabinatus

ptore & Promotore suo

ii cultu æternum.

lo,

n subjiciet

NUS TENTZEL,

yrigeta,

Torum,

Oa.

neó Weidneriano,

CXLIV.

Handwritten notes: *18.*, *6*, *2*

